

rit, 34 nec quot annos habuerint: deinde non docuit, nec an vterque codex continerit totidem odaria eodem ordine, nec ex vtro ipse illa codice duxerit. His quinque, et quinquaginta, poëmatiis subiunxit alia quaedam, et Anacreontis, et Alcaei, carmina, e variorum scriptorum libris congesta, 35 etiam duo Sapphus odaria. Hanc Graecorum carminum syllogen excipiunt ipsius Stephani in odaria Anacreontis observationes, in quibus proferuntur, et variae quaedam librorum veterum lectiones, et coniecturae, vel propriae, vel alienae, multique loci, cum Anacreontis, tum aliorum scriptorum, egregie explicantur. Claudit libellum versio Latina triginta odarum, et vnus, 36 ab ipso Stephano confecta. * Hoc exemplum totum repetitum est annis duobus post, eadem in vrbe, a

b 4

Guil.

MSS. Angliae To. 2. p. 59. n. 2201. et Montefalconius in bibliotheca codd. MSS. noua p. 676. A To. 1.] laudatur codex manu scriptus quaternis, isque chartaceus, continens, praeter alia opuscula Graeca, Anacreontis, et Sapphus, odas. Ex hoc codice ibidem dicitur editio Henr. Stephani facta esse. Scilicet hic codex, si ordo odarum in eo idem est, qui in Stephaniano exemplo inuenitur, aut ab ipso Stephano scriptus fuisse, aut ab alio quodam descriptus e Stephaniana carminum Anacreontis editione, videtur: sed si ordo poëmatum respondet ordini, quo in Vaticano codice scripta sunt, fieri potest, vt Ioh. Frider. Gronouius ea [vid. not. 61.], aut Vossius ipse, aut Sylburgius, ex libro illo descripserit. Conf. Barneſius ad odar. 11, 10. Certe in codd. MSS. Voss. fuit etiam Anthologia Graeca, a Frider. Sylburgio e cod. bibl. tum Palatinae, nunc Vaticanae, descripta. vid. Catal. codd. MSS. Angliae d. 1. p. 61. n. 2273.

34. Baelius in Lexico v. *Anacreon* ait, Henr. Stephanum accepisse vnum codicem ab Ioh. Clemente, Britano, Thomae Mori familiari, et conuictore, alterum secum ex Italia attulisse.

35. Stephanus in exemplo suo post odarium quintum, et quinquagesimum, adscripsit p. 52. verba Graeca haec, Τῶν ἐξῆς μελῶν, τὰ μὲν ἐστὶν Ἀνακρέοντος, τὰ δ' ἄλλα καὶ τὰ μὲν ἐν τοῖς ἡμετέροις ἀντιγράφοις μετὰ τῶν λοιπῶν εὔρομεν, τὰ δὲ καὶ πανταχόθεν συνηγάγομεν. Ἐκείνοις δὲ μόνον τὸ ὄνομα αὐτῶν προσγέγραπται, ἃ σαφῶς οἶδαμεν αὐτῶν ὄντα, ἐξ ὧν δηλαδὴ οἱ παλαιοὶ συγγραφεῖς παρέχονται μαρτυριῶν, μαθόντες.

36. H. e. odarr. 1. 2. 3. 4. 5. 9. 11. 12. 14. 15. 16. 17. 19. 20. 23. 26. 28. 29. 31. 33. 34. 35. 37. 40. 43. 44. 45. 46. 47. 53. 55.

* Exemplar huius exempli Stephaniani, observationibus MSS. Aegid. Menagii auctum, est Parisiis in bibliotheca Collegii Consilii magni, vid. Catal. librorum eius p. 162., qui Paris. A. C. 1739. 8. editus est.